



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

19. An oblati religionibus exempti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

Ac apparitoris fidem omnem amittit, qui muneris istius notam seu signum non gestat. d.i. *sigmata*, vide *Amanellum de claris agnis sing. 137.* Ut concludit Antonius de Pratis d. tract. de jurisdict. Episcopi c. 8. num. 8. per tot. refert se dimissile Prothonotarium quendam impunitum qui exemptionis hujus praetextu ejus iurisdictionem declinabat. Certe vigente Concilio Tridentino sessione 2.4. cap. 11. de Reform. (quod 8 postmodum Thomas Zerola in praxi Episcopali explicavit) Protonotarii non participantes diocesani subjiciuntur, non modo ratione beneficiorum quae in diocesi obtinent, sed etiam intuitu (arum personarum, idque tanquam sedis Apostolicæ delegatis, Thomas Zerola in praxi Episcopali par. 1. §. 1. verb. Exemptio. *Mandosius loco altero col. 4.* Censuit enim hoc loci Concilium Trident. exemptiones excitare e perturbationes in iurisdictione Episcoporum, ac praebere exemptis occasionem laxioris vita, d.e. 11. ac proinde esse restituendas, quod nos alibi etiam latissimum. *Supra quest. 4. per tot.*

10 An autem huic dispositioni objici possit exceptio legis seu Concilii non recepti, pender ex questione quam infra discussimus. *cod.lib. quæst. 50. & signanter num. 6. & seqq. & lib. 4. questione 66.*

## Q V A E S T I O X I X

An oblati Religionibus sint exempti?

## S U M M A R I U M.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Oblati, conversi Monachi, differunt.   | 7. 8. Item Noviti.   |
| 2. 3. Plene oblati sunt exempti.  | 9. 10. Novitio moriente an proximiores succedant excluso monasterio? |
| 4. Cingendus habetur pro cincto.  | 11. Novitii dicuntur destinati ad religionem.                        |
| 5. Peregrinantes Romanam causa indulgentiarum eas consequentium si in itinere decedant. | 12. Nomine religiosi comprehenditur novitius.                        |
| 6. Conversi sunt exempti.   |  |

1 Notanda est differentia inter oblatos, conversos & Monachos. Illi enim sunt qui dedicant se & sua monasterio, habitu non mutato; hi qui similiter se & sua, sed mutando habitum, manent nihilominus *secularis*, quia ad ordines non promoventur. Postremi vero qui se & sua dicant mutantque habitum ac ad ordines promoventur. *Abbas cap. non est nu. 2. de Regularib. cap. cum dilectus de success ab intell. Aurea Armillaria verb. Monachus n. 1. Castrensi. si quis nu. 3. sub finem C. ubi do Curialis vel cohort. Lapus allegat. 129. Francus cap. per exemptionem, n. 2. cum addit. de privileg. in 6.*

Itaque

Itaque dico plenè Oblatos Religioni exemptæ, privilegio exemptionis gaudere.  
 Franc. d. cap. per exemptionem n. 2. Abb. cap. ut privilegia n. 5. de privileg. cap. cum & n. 4<sup>2</sup>  
 cum addit. cap. iniarum n. 4. expreſſe Innocent. s. Recepimus n. 3. de privilegiis. Dixi plene  
 oblatos, nam oblati religiōibus non gaudent privilegiis religionum antequam se  
 suaque omnia qualia quanta religioni transtulerint atque devoverint. Abb. cap. tua-  
 rum num. 4. cap. cum & plantare num. 4. cum addit. cap. ut privilegia n. 3. cum addicio-  
 nibus de privilegiis. Sed tamdiu locorum ordinariis imò statutis laicorum subjecti  
 sunt, cap. quidam ubi Abb. gloss. & DD. de privileg. & iuribus jam citatis. Indò, ut plerique  
 cent, non etiam gaudent immunitate personali capituli si quis suadent 17.  
 quæst. 4. Abb. d. cap. ut privilegia num. 3. cum addit. Albericus Trotus tract. de perfecto  
 clero cap. 8. lib. 1. Ratio est, quia insimili non diciunt quis esse de numero militum,  
 aut etiam scholiarum, priusquam sit inter eos numeratus, l. ex eo tempore ff. de mili-  
 ter. testam. l. miles ff. ex quibus causis maiores Rebuff de privileg. scholar. privileg. 141.  
 Quod tamen temperandum puto in casu quo per Oblatum non steterit quominus  
 se suaque religioni devovat, d. cap. quidam §. verum quādū huiusmodi fratres morantur  
 in dominib⁹ suis fecerint. Idque argumentando à sensu contrario legis vel canonis,  
 quod argumenti genus est in jure validum, profet in locis legalibus loco à contrario  
 sensu.

Confirmo, quia tum cingendus habetur pro cincto, l. penult. ff. de test. militar. &c. 4  
 que proximè instant inesse videntur l. lecta vers. dicebam ff. Si certum petat, pariaque  
 sunt aliquid factum vel proximè fieri destinatum, l. vestimentum ff. de auro & argento  
 lute Felim. cap. cum ab ecol. 3. de Rescr. lausissime Tiraquell, de ll. cōnnubialib.

Hac ratione Pontifex peregrinis Romam caula indulgentiarum euntibus, si 5  
 ptemoriāntur, plenarias concessit ac si iter complevissent. Albericus in Dictionario  
 verbo jubileus & in le. qui militiatur ff. ex quibus causis maiores. Hinc pro liberto, absolu-  
 luto, cancellato, bannito, condemnato, facto, perdito completo habetur quod tale  
 decernendum est. Trag. de ll. cōnnub. l. 16. glo. 2. verb. En pouvoir de ux mari. numer. 2.  
 & seqq.

De Conversis minus dubii, sunt enim conversi religionum exemptarum exem- 6  
 pri, gaudentque in omnibus privilegiis ordinis, Apostilla ad Hostiens. in summade con-  
 versi. conjugatorum num. 2. in verb. manifeste.

Dubium hoc loco se offert, quid dicendum de novitiis religionum exempta-  
 ruan? Idque quia communiter assertur quod non habitus sed sola professio faciat 7  
 Monachum, cap. porrectum, cap. ex parte de Regularibus cap. consuluit. Qui clerici vel  
 vocentes. Dicendum tamen eos esse Exemptos. Ratio est, Quia novitiū quamdiu  
 non apparet signa & conjectura, quod deferto proposito ad seculum redire ve- 8  
 lint, dicuntur personæ annexæ & efficaciter obligate religioni. Philipp. Francus in  
 sua disputatione peccatorum, dubio 3. num. 13. per cap. super & cap. statuimus de regular. cap.

n. 67

non solum eod. in 6. cap. Beneficium eod. in 6. Atqui certum est mutationem voluntatis non presumti. Aliait de presumpti. Reg. 2. per tot. signanter presumpti. 16. Maxime stante pro hac parte validis presumptio. e. quod religionem ingredientes eo animo presumunt ut in ea perleverent. Philippus Franc. ubi supra numer. 14. & seqq. Sunt enim animi destinatione verè religiosi, unde Selua. tract. de beneficio part. 3. quæst. 5. numer. 11. & per tot. Quibus argumentis aliquid variis idem Francus & Selva centent novitio decedente, non proxiniores, sed ipsum Monasterium ab intestato non secus quam si professus esset. haec editatio jure debere succedere: quod tamen exaudiendum est juxta distinctionem Ang & Fumi, verbo novitus. Felicis in Report. verb. novitus. Confirmatur, quia sicut Novitii non profecti, gaudent privilegio Clericorum atque Religionis. cap. Religioso. §. quamvis defuit. Excommunicat. in 6. Albertus Trotius tract. de perfido Clerico. lib. 1. cap. 9. num. 2. Navarrus in Manuali cap. 2. num. 65. post. med. fol. 216. Ita ab identitate rationis privilegio exemptionis, per notitia praefidis, loco abidentia rationis. Si quidem finis atque omnis ratio concessatum exemptionum est partim favor fœcīae Sedis, cuius interest habere multos immediatè subditos. Clement. Pastoralis de Re judic. Rebiffus Respons. 142. partim ut exempti liberi à jugo ordinariorum quietus divino officio & contemplationi videntur, cap. luminoso. c. quam si 18. quæst. 2. Rebiff. d. Respons. 142. quæ rationes etiam militant in Novitii.

Confirmatur secundo. Quia Novitii dicuntur de statu ad Religionem, qui proinde gaudente debent privilegii Religionis, non leuis quam dicitur de destinato ad Clericum, qui hinc Clericus non sit, tamen privilegio Clericali potitur, adeo ut ei beneficia conferri possint. Fel. cap. Cum adeo num. 2. de Refr. Selua de Beneficio part. 3. quæst. 5. fol. 57. vol. Tract. 15. Stephilus de Luteris gratia. §. nota forman. 35. & 36. vol. Tract. 14. fol. 16.

Licet videatur contradicere Menochius, dicens quod ante professionem quis animo dicatur ingressus Religione non quia non facta bona, (inquit) Monasterio non acquiruntur. Menochius de presumpt. libr. 4. presumpt. 83. numer. 73. & 74. fol. 808.

Confirmatur tertio, quia nomine Religioso comprehenditur etiam Novitius, cap. Nullus, de Elect. in sexto, ix. & gloss. Clement. 1. ubi Cardin. num. 2. & 5. eodem ut. De qua materia longe lateque Bertachinus, qui, si sit opus, videri poterit Tract. de Gabellis seu vesti-

galibus parte septima, quæst. 32.  
numero 55. &  
seqq.:

QUÆST.